



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicacionem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Encomia Sancti Michaelis Archangeli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

ENCOMIA

Sancti Michaelis Angelorum omnium Principis.

Sanctus Michael. Quis ut Deus? Amator Æternæ Sapientiæ. Zelator Honoris Verbi Incarnati. Propugnator. Dignitatis Divinæ. Professor humilitatis Creaturæ ad Deum. Primus Divinæ Voluntatis Minister, & Executor. Professus subjectionis ad Dominium Dei. Exemplar Angelorum Sanctorum. Antilucifer, & asseclorum ejus. Dux Divinarum Legionum. Fidelitatis Deo debitæ Magister. Primus Bellator, & Victor bellorum Domini. Pacificator Cæli. Glorificator Dei. Triumphator primus inimicorum Dei. Caput Ecclesiæ Angelicæ. Primitiæ omnium Creaturarum Beatarum. Princeps de primis astantibus coram Throno Dei. Præses Ecclesiæ Dei ex hominibus in utroque Testamento. Rector Angelorum nos in hac vitâ custodientium. Interfector Antichristi. Vexillifer Crucis JESU Christi Redemptoris nostri. Agonizantium Adjutor & Consolator. Susceptor Animarum Corporibus solutarum. Discretor Meritorum nostrorum in Judicio Dei. Administrator Purgatorii. Observator abyssi infernalis cum damnatis. Benedictorum à Deo Patre in Beatitudinis regnum introductor. Societatis Seraphicæ primus Socius, atque Fundator. Angelorum qui servaverunt suum Principatum instructor. Eorum qui non servaverunt eundem, in tartara fulminator. Primus viæ salutis decursor, & Bravii glorificatus possessor.

Oratio

G:
ope
To.
N
5.

PRin
mi
pro no
defend
peream
O M
nator
no Ser
dem JE
a Pret
um Sa
amma
utisque
atorio
persever
nei ger
us acti
que arti
ton

Oratio ad Sanctum Michaellem.

Prin-
or Æ-
rbi In-
Pro-
Primus
. Pro-
emplar
ffecta-
Fideli-
or, &
. Glo-
corum
omni-
primis
ecclēsiæ
. Re-
tium.
JESU
m Ad-
Cor-
m no-
urga-
mna-
udinis
e pri-
m qui
Eo
artara
z Bra-
Oratio

Princeps Gloriosissime, Michael Archangele, esto memor nostri, hic, & ubique, semper, precare pro nobis Filium DEI. Sancte Michael Archangele, defende nos in omni cum Dæmone prælio : Ut non pereamus in tremendo Christi iudicio.

O Michael, Archangelorum gloriosissime, & Amator Æternæ Sapientiæ ignitissime : accende me tuo Seraphico amore, & zelo erga DEUM Hominem JESUM Christum, Redemptorem nostrum : erga Pretiosissimam ejus Parentem : erga Sacrosanctum Sacrificium, atque Sacramentum Altaris. Inflammam me zelo vero, & efficaci Divinæ gloriæ, satisfactis hominum, tam in hac vita, quam in Purgatorio existentium. Imbue, & imple me vivo, & perseverante Amore, honoreque tuo : & curam mei gere, tam in præsentis vitæ decursu, ac in omnibus actionibus meis, quam in extremo agone, atque articulo mortis meæ, quam denique in decretorio iudicio omnium hujus vitæ operum,

& meritorum meorum :

Amen.



DRUR.
SICKI
r: 4300
II
V
7